

P R A E F A T I O.

Tuae Celsitatis cognitione existimaui, & me  
iudicio non falli, penè certus sum. Et cum  
& deceat Illustrissimam Celsitatem Tuam ve-  
stigijs Augustorum tuorum auorum atq; pa-  
rentum, quorum laus & est & erit in caelis  
maior, quam in terris, licet etiam hic sit illa  
merito veneranda & amplissima, insistere, &  
sponte etiam hoc facias, in hoc pietatis curris-  
culo rectè perficiendo utens opera & fidelitate  
Tui Pauli Vogely, Viri magnifici, & sapien-  
tia, doctrina, & pietate Clarissimi, I. V. D.  
minus causæ est, cur dubitare debeam de ani-  
mo Tuae Celsitatis, quo hæc meam subiectio-  
nem, & opellam, quam hic offero, acceptura  
& probatura est. Ego certè eo sum, & debeo  
esse animo, ut si vitæ meæ discrimine, & amis-  
sione, dignitati & saluti Tuae Celsitatis, ut-  
pote verè Christianæ, etiamsi sciam hanc meo  
istò ministerio nec egere, nec augeri, (de meo  
tamen subiectissimo animo loqui mihi liceat)  
inseruire & gratificari possem, nunquam &  
nusquam quidquam desiderari in me vaterer.  
Parens Tuae Celsitatis, Dominus clementiss.  
meus, AVGVSTVS Elector, augustus  
Prins